



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Pergentivvs Et Lavrentivvs MM. 3. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

SS. PERGENTINVS ET LAVRENTINVS
MM. 3. Junij.

NON minùs sanctum quàm nobile par fratrum
PERGENTINVM & LAVRENTINVM aspiciis,
quorum nomen Aretini cives ad Tiburtium pie-
tatis hostem delaturi, hæc accusationis capita ha-
buere; ludum literarium eos quotidie frequenta-
re: rimari arcana Philosophiæ Christianæ; & jam
privatim exercere magisterium ejusdem sectæ; id
si publicè audeant, neminem fore, quem non elo-
quentiâ sint corrupturi. Tiburtius propriâ con-
fessione convictos, inviolatos tamen abire passus
est, tantò nequior, quantò blandior. Nihil deinde
de more suo remittentes, cædî fustibus jussit, pla-
gisque obsaturatos inediâ plecti. Tridui jejunio
maceratis Angelus mensam struxit de cælesti pen-
cellaque; cujus delicias qui gustet, sentiat profe-
cè, obsonare famem tanti fuisse. Allapsa simul
caelo lux, & sponte laxatis carceris foribus, Chri-
stianis cum Pergentinâ sorore ad captivos via pa-
ruit: sed ii cæli nectare ebriis fugam suadere ag-
gressi frustra fuerunt. Carnificum contrâ ad mor-
tem eos evocantium suavissimæ voces visæ, quam
priusquam oppeterent, saxeam Iovis statuam ar-
dore precum suarum in modum ceræ coegerunt
liquefcere. Illustre miraculum, inquit; mirabile
tamen: potes tu quoque Bacchum, Venerem,
aliaque improbæ mentis idola precibus extinguere.
Ex Surio.

*Quaecumque vitia habemus, quotcumque peccata,
tot recentes habemus Deos. Iratus sum; ira mihi
Deus est. Vidi mulierem & concupiui; libido mihi
Deus*

Deus est. Vnusquisq; enim quod cupit & veneratur.
hoc illi Deus est. S. Hieron. in ps. 108.

S. GVALTERIVS. C. 4. Iunii.

DVbitabit aliquis GVALTERIVM mundi sidus
dicere; cum humerum stellâ insignitus in
lucem prodierit, divino munere parentibus con-
cessus, Numini Basilicam invicem spondentibus.
Gratiarum domicilium dices, tanta erat oris ve-
nustas, tanta morum elegantia. Magnis pro eo
studiis certamen est, cælo terraque tantum decus
ad se rapientibus. Præfeti urbis filia oculos in
eum coniecerat, optabatque sponsum, spe tantò
certiore, quanto inter Romanas Nympha emi-
nebat: & sanè, si quid mortale amandum fuerat,
tulisset primas. Iam parentum vota consenserant,
gratulabaturque pari, & pulcherrimo conjugio.
Romæ, cum GVALTERIVS generoso fastu condi-
tionem aspernatus, negavit feminam ullam. toto
orbe dignam se marito: translatisque in cælum
desideriis, castarum mentium sponsum virginita-
tis sibi voto devinxit. Id tamen consilium paren-
tes insaniam vocarunt, & extorquere filio non
verbis tantùm, sed verberibus etiam sunt conati:
ut neutris flecteretur, vox allapsa cælo fugam
adolescenti suavit, quam cum Armeno Sacerdote
in Picenum instituit; ubi deinceps eo virtutum
splendore vixit, ut palàm fecerit, æquum fuisse
eum stellatum nasci. Parentes diu perquisitum
denique reperere, sed jam inediâ squalidum,
alioque, quem Roma suspexerat, vultu. Ille
tamen Deo plenus factum iis suum non approba-
vit tantùm, sed ut imitarentur, induxit; quem
finea